Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Sermonessammlung - Cod. U. H. 9

[Bayern?], [um 1452-1454]

Visitasti terram et inebriasti eam

urn:nbn:de:bsz:31-231643

Visual Library

Visitasti terram et inebriasti eam multiplicasti
locupletare eam ps. lxiiii° Terra
terra terra audi sermonem domini Iere. xxii° No-
ne terre quemcumque hoc designat quia
terra habet ordinem intra situm dextra victum atque Unde
sti 10 Audi suppoit terram et cinis replicat terram pro-
terras naturales ipsius proprietates habet enim terra quo
ad visum obscuritatem seu opacitatem et hoc habet defectum
cognitionis Gen. i° Terra erat inanis et vacua habet
ariditatem quo ad sensum et hoc habet defectum operationis Gen.
primo Vocavit deus aridam terram habet frigiditatem
quo ad tactum et hoc habet defectum dilectionis Luc. xii° Ig-
nem veni mittere in terram Ut primo audi attente ser-
monem illustrantem Ps. Declaratio sermonum tuorum
illuminat Ut secundo audi avide sermonem fecundantem Ys.
lv° Quomodo descendit imber de celo et illuc non revertitur
sed inebriat terram et infundit eam et germinare eam facit
et dat semen serenti et panem manducanti Sic erit
verbum quod egredietur de ore meo Ut tertio audi fervide
sermonem inflammantem Prov. xxx° Omnis sermo dei ignitus
est clipeus sperantibus in eum Ut igitur sermo me illu-
minet rigentes vertigit crescentes et ignit fri-
gescentes recurramus ad terram meam fructiferam Vir-
ginem virginem benedictam cognitione illustratam operatione fe-
cundatam et dilectione inflammatam dicentes devote

Visitasti terram etc. Ut ait Richardus in de contempla-
tione Sepe unum et idem variis enigmatibus exprimit
ut mentibus nostris efficacius imprimat Ergo sacra
scriptura sub variis metaforis virginem benedictam comme-
morat et enarrat loquens enim de prius altitudine
et dignitate comparat eam sideribus soli et lune

Loquens aut de eius pulchritudine et castitate comparat
eam floribus diversis ut pote rosis et liliis etc. Loquens
vero de eius mansuetudine et humilitate comparavit eam
elementis inferioribus videlicet aque et terre comparare. Verum
quia in hac sacra sollempnitate annunciationis dominice ipsa
virgo gloriosa de humilitate precipue collaudatur de qua etiam
ipsa met in domino exultat. Magna est ipsius humilitate ancille
sue. Luc. primo. Et quia deum et hominem hodie eterna concepit. Ut
refert Bernardus super missus est. Plus si audeo dicere
placuit humilitate quam virginitate, et licet placuit vir-
ginitate concepit tamen virginitate ex humilitate. Ergo
propheta in spiritu hoc providens nos in merito ipsorum terre que est
elementum infirmum comparavit dirigens verba ad ipsam in es-
tabilem trinitate, que habuit conceptionem et filii dei incarna-
tionem in terra humillima uteri virginalis comparata
dicens Visitasti terram etc. Ubi sciendum quod terra de merito
prime prevaricationis humane nature fuit corrupta et con-
cilio relegata maledicta et humore gracie desiccata
afflicta et bonis gratuitis spoliata. Ideo dolorem ex-
piatorem in hac die qua interea salutis nostre exordium in-
cepta. Pater misericordie sue terre benedicte virginis scilicet glo-
riose tria singularia beneficia contulit que in verbis pre-
dictis congrue designantur. Primo namque ut naturam
corruptam reconciliaret ipsam per salutis nuncium paci-
fice visitavit. Secundo ut nam desiccatam humectaret
ipsam per fonte carismatum mirifice irrigavit. Ter-
cio ut spoliatam ditaret ipsam per thesaurum preciosissi-
mum munifice locupletavit. Ex quo colligitur quod
quamvis deus pure incarnatione dare potuit hoc totum virgini
contulit in hac die. Nam misit archangelum quasi
nuncium precipuum ad eam visitandam et ideo per mittitur

Visitasti terram et cetera Dedit ei spiritum sanctum qui fonte omnium
carismatum ad eam plenissime irrigatum Ideo sub-
ditur inebriasti eam // Circa primum vide angelicam visi-
tationem // Tradidit insuper filium qui thesaurus deificus
ad eam perfecte locupletandum Ideo annectitur multipli-
casti eam // Circa primum vide angelicam visitacionem est
notandum quod cum nichil perfecte sciri possit sine causis teste
philosopho primo phisicorum primordia seu causas huius an-
gelice visitacionis intenta aure cordis percipere //
Summa eorum bonitas fecit primum hominem perfectum scilicet
in notitiam sapientem et potentem quamdiu constetit
obediens deo et subditus omnia sibi subiecta erant nec
minus quam voluntati honorum hominum subditur non solum creatura
sed etiam ipse deus Iob voluntatem timencium se faciet et cetera
Sed homo cum in honore esset non intellexit Et ergo
per inobedienciam ipse cum sua posteritate incidit in
defectus contrarios quos defectus senciens propheta dixit
dereliquit me virtus mea et lumen oculorum meorum et cetera Vi-
dentes igitur patres veteres testati quod ab huiusmodi defectibus
non aliis poterant relevari nisi per hoc externa angelicam vi-
sitacionem et filii dei incarnacionem adventum in carne
magno desiderio desiderabant et ad deum multis suspi-
riis clamabant Domine inclina celos tuos et descende //
Vel Utinam disrumperes celos et descenderes // Vel homini
clamor igitur illorum introivit in aures domini sabaoth
et in regno consilium in consistorio trinitatis decretum dicitur in Iob
Consilium autem domini in eternum permanet cogitaciones cordis
eius a generacione in generacionem Et tunc erat istud consilium
lapsorum hominum auxilium // Ad istud consilium teste Ala-
no advocate fuerunt quatuor domicelle id est quatuor virtutes
divine que tamen non sunt aliud quam deus scilicet

ma iusticia veritas et caritas / Que requisita quid sibi
de homine reformando videretur et posuit in medium
Scriptum est domine Quia dominum ab eterno et usque in eternum Ps
Domine tu ondisti potentiam tuam in creatione magni
tudine sapientie tue in celi gubernacione sed non dum
ostendisti magnitudinem misericordie tue // Cum quod solum duas naturas
capaces tue misericordie fecisti scilicet angelos et homines et de natura
angelica in regno tuo habeas plures et de natura huma
na nullum Si natura humana totaliter excluditur misericordia tua non
est plena perfecta / et eterna / sed in homine terminabitur /
Ergo videbitur michi quod ipsum debeas reformare / Secundo peti
tum fuit a ~~iusticia~~ a iusticia quid consulet Que surrexit
et posuit verbum in consistorio Iustus es domine et rectum iudicium
tuum Ps Audivi domine quod soror mea consuluit hominem re
cuperari et hoc idem consulo et addo Quod tu iustus sis et
rectum iudicium tuum ut allegatum est non sufficit ad ple
nitudinem iusticie tue ondendam hominem reformare nullis
modis aliis possit puto per angelum ut solo verbo sed quemadmodum
est quod sicut per hominem primum genus humanum exulavit / sed
sic et per homines iusticia reformare quod videbitur michi
quod per hominem debet reparari // Tercio petitur veritate quid
sibi videatur super hiis Que surrexit et hoc verbum posuit //
Domine scriptum est Veritas tua in circuitu tuo Et ista
veritas permanet in seculum seculi // Domine audivi quod soror mea
misericordia consuluit hominem reparari Et soror iusticia consu
lit quod per hominem repararetur Idem consulo et addo quod
secundum rectitudinem tue veritatis non sufficit hominem per
hominem reparari / sed ultra requiritur Quod sit vere
de natura et propagine illius qui peccavit et non de lapide
factus vel ex nichilo creatus Iste peque debet fieri

reparatio qui videbit in quo debeat reparari pro homine specia-
tum de natura hominis qui peccavit // Quarto et ultimo caritas ma-
gistra et domina interrogavit caritatem quod consuleret faci-
endum Que surgens et proposuit illud Cant. viii Aque multe
non potuerunt extinguere caritatem Domine audivi quod soror
mea misericordia consuluit hominem reparari Iusticia idem consuluit
sed per hominem Veritas idem sed per hominem eiusdem generis Domine
idem consulo et addo Cum caritas tua sit perfectissima
quam nulla angustia nullus impulsus potest obruere ut
allegatum est oportet quod perfecte modo redimas Sed perfecte non
redimi non potest nisi filius mittatur et incarnetur homini in unitate
personali et tunc ostendetur vera unio et perfectio tue caritatis
summe Et hoc est racionale Cum tu homo sit finis creature quia
ultimo creatus Et tu omnium principium Complementum caritatis
requirit quod finis iungatur principio His dictis istud consi-
lium tota trinitas approbavit Quo audito iste quatuor sorores
pre nimio gaudio se amplexabantur et semper vice osculata
te sunt Et sic patuit quod Misericordia et veritas obviaverunt
sibi iusticia et pax osculate sunt Pax id est caritas pax
enim non est virtus sed effectus virtutis seu caritatis Isto
autem negocio completo missus est angelus Gabriel ad virgi-
nem etc Que est ista terra benedicta de qua dicitur in Psalmo
Benedixisti domine terram tuam Et dicitur in sermone de ma-
ledictione eve in benedictione mutatur marie Et hoc est
quod dicitur Visitasti terram etc. Ubi primo tangitur ut dictum
est [illegible] ut naturam prostratam reconciliaret ipsam
terram nostram benedictam scilicet virginem mariam pro salutis
[illegible] pacifice visitavit // Circa quam visitacionem
tria sunt videnda Primo videndum est de angeli nun-
ciantis dignitate / 2o de eius comitiva / et fortitudine / 3o q.

caritas

angelo inveniat virginem inflamatam caritate. De primo sci-
endum quod iste gabriel ad virginem missus fuit unus de sub-
limioribus et de supremo ordine angelorum scilicet seraphim
ut refert Bernhardus super missus est. Et ratio est quia sollemp-
niores nuncii solent mitti ad sollempniora negotia di-
sponenda. Illud autem maius negotium fuit quod deus unquam
fecit ut dicit Augustinus xiii de trinitate. Nec obstat dictum
Dionisii super de angelica ierarchia dicentis. Quod illi de ordine
seraphin non mittuntur ad exteriora. Quia illud dictum Dionisii
verum est de lege communi et non de lege speciali. Quia ex speciali
privilegio aliquando illi mittuntur ad seraphin. Unde Ysaias vi:
Volavit ad me unus de seraphin. Nec minus fuit angelus
mittitur. Unde etiam dominus angelorum in isto ministerio fuerit
missus. // De 2o sciendum quod iste non venit solus sed cum eo in-
ferorum angelorum magnus exercitus. Ut dicit Bernhardus super missus
est etc. Et persuadet per simile. Quia cum idem angelus gau-
dium pastoribus Christi annunciavit venit cum multitudo milicie ce-
lestis ut habetur Luc. 2o. Et cum Christi incarnatio non sit mi-
noris dignitatis nativitas. Sed dices. Si multitudo angelorum
venerat cum gabriele quomodo tamen sic esse quod gabriel
solus virgini loquebatur et alii non audientes se in ministerio
illi archano colloquio seorsum aliquantulum restiterunt.
Unde Bernhardus super missus est. Non solum cum gabriele descendit
exercitus // sed etiam ipse angelorum dominus / Deus enim hanc virginem
tantum amabat et ad eam venire festinabat quod redditum
angeli non expectabat / sed cum ipse veniebat ipso ipsum
preveniebat // De tertio quomodo eam invenerit. Bernhardus dicit
quod invenerit eam in cubiculo clauso ubi orabat in
abscondito. Erat enim in puncto illo tota contemplativa
et quasi ab omnibus actibus et cognitionibus et desideriis interius se

recollecta et in deum elevata sit hoc rapta et toto conge
dientibus et inflammata Et sic fregit eam esset solitaria
in deum elevabit Unde dyonisius dicit Que eam quadam vice
visitasse dum esset in camara et vultum ipsius vidisse Tan
to fulgore radiante quod putasset eam deum si fides ipsum
de contrario docuisset // Dicunt etiam quidam theologi et doc
tores quod ea ipsa hora legit et orauit cum deuocione pro
us Ecce virgo concipiet toto corde ingemiscens et desi
derio et obsecrans ut dominus dignaretur eam facere huius
virginis pedissequa et ancilla Et sic patet primum scilicet
angelica visitacio per quam natura humana est reconciliata
Visitasti terram etc. Et de illa benedicta terra que merito
dici possumus id est Maria 2o Altissimus de terra creauit medi
cinam // Secundo patet in maria ut terram desolatam humec
tauit ipsam per fontem omnium carismatum incessanter irriga
uit Unde subditur et inebriasti eam Et signanter propha
inebriacio usus est Eius quoque non dicit irradiasti sed inebri
asti eam Ut colligere intelligamus copiam omnium graciarum et reple
tudine carismatum marie fuisse collectam ut sit
de ea posse intelligi quod ecclesiasticus scribit Benedictio
illius quasi fluuius inundauit et quasi cataclismus aci
dam inebriauit Unde bernardus in sermone Ceteris partibus
maria autem se tota infudit plenitudo gracie Et quod hec
terra est copiosissime irrigata Ergo est fructuosior
omni terra Iuxta id psalmi Etenim dominus dabit benignitatem et terra
nostra dabit fructum suum Unde deuote nomine dicitur
hec terra benedicta mater domini est fructuosior omni
vinee Tum quia ipsum concepit plenius sed quia ipsum portauit
diutius sed quia ipsum portauit iocundius Concepit quidem
plenius quam alii pueri concipiuntur in utero matris de substa

patris et matris. Cum alibi enim puer habet corpus suum partim de patre
et partim de matre. Christus autem est conceptus in utero matris de sola
matre sine patre. Et ideo totum corpus suum habuit de sola matre.
Immo plus accepit a sola matre quam alius. Christus habuit magnum
corpus excedens omnem staturam hominum. Sic patet ex descrip-
tione longitudinis eius. Dicebat mater sua, sicut patet dicitur in
Canticorum 3°: Egredimini filie Syon et videte regem Salomonem
in diademate quo coronavit eum mater sua, scilicet Maria. In
die desponsationis illius, id est die hodierna qua humanitas
est desponsata et unita deitati. Portavit eum diutius
quam alium puerum, sed anima rationali animatum ex xlv diebus. Porta-
vit diutius quam alie matres gestentes fetum suum. Nam
in aliis matribus fetus ex xlv diebus a tempore conceptionis
fortitur et organizatur et tandem primo vivificatur.
Sed aliis autem in novo de animalibus dicitur quod xl diebus corpus
formatur et tandem vivificatur. Illud tamen intelligendum
est de fetu masculino. Sed femineus fetus femineus ad sui
formationem duplo maius tempus requirit. Unde dicit glosa
super Levitici. Puer autem Christus primo in instanti conceptionis
sue erat vivus et anima rationali animatus. Ut refert
Damascenus in suis scriptis et Io. matrem suam tempore diu-
tius portavit quam aliqua suum puerum. Unde de eam in-
telligi patet id Mic. 2° Et 3° dabit illi in fante vivum
quod est enim mater eius. Nunquam enim alicui matri datur in
fans vivus tempore conceptionis nisi soli Marie. Portavit
etiam cum dulcedine. Certum est enim quod Elizabeth sensit
gaudium quando in utero eius exultavit Johannes Luce 1°.
Quis dubitat quod Maria senserit ineffabile gaudium
quando in utero eius habebat Christum. Maxime quod Maria

erat gracia plenior quam Elizabeth Et ihesus habebat gaudium
maius quam Johannes // Et apostoli in instanti exceptionis sue
sunt confirmati conprehensor videns divinam essentiam perfecti cuius
quam Johannes Et ad illis in hoc summa hoc leticia
et delectacionem impossibile est tam gaudendi aliquo modo
pertingere usque ad appetitum spiritum et ultra Quia pars fetus
sit pars matris Et si pungitur fetus leditur mater Ergo
eciam Et delectatio fetus sit delectatio matris Ergo maria
portavit xpm iocundius Unde Augustinus in sermone de na-
tivitate beate marie O tua lactivas maria gaudium in utero
portavit Propter quod quia ista terra benedicta uteri virginalis
est mirifice irrigata Ysaie xlv Rorate celi
desuper et nubes pluant iustum aperiatur terra et germinet salvatorem
Tercio per graciam ut naturam humanam bonis gratuitis spo- 3 pars
liatam ditaret xpm per thesaurum preciosissimum mirifice
locupletavit Deus quemadmodum amisit multiplici
locupletare eam Ipsa est enim illa archa testamenti in
qua deus per totius mundi thesaurum preciosum incre-
dibilis abscondit Hoc in qua per graciam meam
tam benedictam triplex locupletavit // Primo sponsam suo
filio desponsando Et si enim rex magnificus ancillam
suam humilem filio suo desponsat sponsam mox ditat
et sublimat Unde Mt xxii Simile est regnum celorum homini
regi qui fecit nupcias filio suo Gaudeamus igitur et exultemus
et demus gloriam deo quia venerunt nupcie agni et uxor
eius preparavit se Apoc xix // Secundo locupleta-
vit eam filium suum unigenitum in utero eius collocando
In quo omnes thesauri sapientie et sciencie sunt absconditi
ut ait apostolus ad Coll ii // Tercio locupletavit

ea medietatem regni sui ei vidente assignando ut
figuratum est fuit hester v° Consistit enim regnum dei
in iustitia et misericordia Unde conservata sibimet iustitia
et misericordiam dedit Unde devote canimus Salve regina
misericordie non regina anglie vel francie // Unde
ipsa est terra sancta et benedicta et lacte et melle manans
Que a diebus antiquis domino abrahe et ysaac et iacob
daturam se promisit Unde de ipsa dicitur Cant iiij°
Favus distillans labia tua mel et lac sub lingua tua
Debet enim pietate et misericordia loquens Benigna in sermone Et
Quis ad mariam timet accedere humana fragilitas
Nichil in ea austerum vel amarum sed tota suavis tota mitis
Appropinquantibus omnibus lac et lana Attendentes ergo cum fidu-
cia ad thronum ~~divinum~~ dicamus Eia ergo advocata nostra
illos tuos misericordes oculos ad nos converte Et ihesum bene-
dictum fructum ventris tui ho cena Sic exceptum
nobis post hoc exilium ostende benignum Qui cum deo
patre et spiritu sancto vivit et regnat deus per infinita secula seculorum Amen